

Soror mea, sponsa mea

Il Cantico dei Cantici nei conventi italiani tra Cinquecento e seicento
The Song of Songs in the Convents of 16th- and 17th-Century Italy

CAPPELLA ARTEMISIA
CANDACE SMITH, direttore

VOCI: ELENA BISCUOLA, ALESSANDRA FIORI, FRIDA FORLANI,
GLORIA MORETTI, ALIDA OLIVA, MONICA PICCININI, CANDACE SMITH,
SILVIA TESTONI, PATRIZIA VACCARI

VIOLINI BAROCCHI: ANGELA NARDO, MARY RICCARDI

VIOLA DA GAMBA: CLAUDIA PASETTO, TERESINA CROCE

ARPA: MARIA CHRISTINA CLEARY, DULCIANA: ELENA BIANCHI

ORGANO: MIRANDA AURELI

Testi / Texts

I numeri tra parentesi indicano i versi del Cantico dei Cantici. In molti casi i versi sono variati o parafrasati.

The numbers in parentheses refer to the Canticle verse upon which the text is drawn. In many cases the verses are varied or paraphrased.

1) TOTA PULCRA ES (4:7-9)

Tota pulchra es amica mea,
et macula non est in te.
Veni de Libano sponsa mea,
veni coronaberis,
vulnerasti cor meum,
soror mea sponsa,
in uno oculorum tuorum
et in uno crine colli tui.

3) VIDI SPECIOSAM SICUT COLUMBAM

(5:12, 2:1 e altri)
Vidi speciosam sicut columbam
ascendentem de super rivos aquarum
cuius inestimabilis odor erat nimis,
et sicut dies verni, circumdabant eam
flores rosarum
et lilium convallium.

2) IN ODOREM (1:2-3)

In odorem unguentorum tuorum currimus:
Adolescentulæ dilexerunt te nimis.

4) SURGE FILIA SION (2:10, 13, 14; 4:8)

Surge, filia Sion,
veni lætans ad subsidium.
Quam dulcia vulnera tua,
quam odora, quam decora:
sicut stella micans cælo,
sicut rosa, sicut liliū
germans in Libano.
O clara Virgo/O Mater Dei,
tu, puella victrix mortis,
tu, puella, splendor virginum,
tu, tenella, fac amantium
facta, pulchra et casta tota –
sic tu fulges – et devota.
Tibi rosas sparsit cruor,
tibi sarta iunxit dolor;
tibi spinas dedit amor;
tibi palmam tulit vigor.
Sic et gentes te laudabunt,
sic et astra coronabunt.
Aspicite! Inspecite!
Quam fortis Virgo Dei
iuventam contempsit,
ut esset sponsa Christi.

5) SONET VOX TUA (2:14 e altri)

Sonet vox tua in auribus cordis mei,
amabilissime Iesu,
et abundantia plenitudinis gratiæ tuæ superet,
superet abundantiam peccatorum meorum.
Tunc enim cantabo, exultabo, iubilabo,
et psalmum dicam iubilationis et lætitiæ,
et erit vox mea quasi cithare citharizantium,
et eloquium meum dulce super mel et favum.

6) IM HIEMS (2:11, 10)

Iam hiems transit imber abiit et recessit,
Surge amica mea et veni.

7) NIGRA SUM/ECCE TU PULCHRA ES

(1:4-5; 1:14, 6:3, 4:8-9, 5:2)

Nigra sum sed Formosa,
Filiæ Hierusalem,
Nolite me considerare quod fusca sim,
De coloravit me sol.
Ecce tu pulchra es, amica mea,
Suavis det decora,
Veni de Libano, soror et sponsa,
Vulnerasti cor meum,
Immaculate mea.

8) PROPERA VENI DILECTE MI

(7:11, 5:8 e altri)

Propera veni dilecte mi,
egrediamur in agros.
Iam mihi tellus sordet
nec mundanus terret amor,
non angustia, non clamor.
Non diaboli tormenta,
non terrena blandimenta.
Ut fruatur Iesu meo,
ut coniugar caro Deo.
Languet cor, deficit vita,
vivo moriar in vita.
Mori vivere non queo
sine Iesu Deo meo.
Ergo moriar cum Iesu,
ego vivam cum Iesu.

9) EN DILECTUS MEUS (2:10-12, 5:10, 2:16)

En dilectus meus loquitur mihi,
surge propera amica mea,
formosa mea, et veni,
iam hiems transiit
imber abiit, et recessit
flores apparuerunt in terra nostra,
tempus putationis advenit,
vox turturis audita est in terra nostra.
Dilectus meus candidus et rubicundus
loquitur mihi et ego illi.

10) ISTA EST (2:2, 5:16, 6:9)

Ista est speciosa inter filias Jerusalem.

11) PULCHRÆ SUNT GENÆ TUÆ

(1:9, 1:14, 4:9, 7:8, 4:5, 4:8, 4:11)

Pulchræ sunt genæ tuæ, amica mea,
soror mea sponsa,
oculi tui sicut columbarum.

O pulcherrima virgo,
vulnerasti cor meum,
sponsa mea, in uno crine tuo,
vulnerasti cor meum, columba mea.

Ubera tua sicut botri Cypri
& ut hinnuli duo gemelli Capreæ,
qui pascunt flores.

Quam pulchra es,
& speciosa virgo!

Coronabere.

Veni de Libano, amica mea, veni:
veni de Libano, formosa mea.

Tui dentes ut oves de lavacro
& labia stillantia unguentum.

12) ANIMA MEA LIQUEFACTA EST (5:6 e 8)

Anima mea liquefacta est
ut dilectus meus locutus est.

Vocavi illum et non respondit mihi,
quesivi illum et non inveni.

Nuntiate dilecto meo
quia amore langueo.

13) QUALIS EST (5:9-10, 6:9, 5:1)

Qualis est dilecta nostra carissimi,
qualis est Mater Domini,
qualis est soror et sponsa Christi,
dilecta nostra candida et rubicunda,
quasi aurora consurgens.

Veni Regina nostra, veni Domina
In hortum odoris super omnia aromata.

14) EN DILECTUS MEUS (2:10-12, 5:10, 2:16)

En dilectus meus loquitur mihi,
surge propera amica mea,
formosa mea, et veni,
iam hiems transiit
imber abiit, et recessit
flores apparuerunt
in terra nostra,
tempus putationis advenit,
vox turturis audita est
in terra nostra.

15) VENI ELECTA (7:11 et altro)

Veni electa mea: et ponam in te thronum meum.

16) O QUAM PULCHRA ES (4:1)

O quam pulchra es, o Maria.

Tu lylium, tu rosa, tu pulchritude cæli,
tu candor, tu splendor,
tu pulchra es Maria.

O quam pulchra es, o sancta, o speciosa,
O potens es Maria.

Tu dulcis, tu mistis, tu purior nive, Maria.

Tu mater, tu virgo, tu candida parens,
quam sancta, quam digna, quam pulchra Maria.

Currite amantes, amate Mariam.

Venite lætantes, videte Mariam.

Si cupis intactam hæc purior nive,

Si petris venustam hæc pulchrior sole,

Si velis divitias hæc Domina mundi,

Si queris honores hæc Regina cæli.

Venite ergo:

Venite amantes, amate Mariam.

Venite lætantes, videte Mariam.

Alleluia.

17) O QUAM SPECIOSA (7:6, 1:2, 6:8)

O quam speciosa facta es et suavis,

In deliciis virginitatis,

Sancta Dei genitrix,

Quam videntes filiæ Sion,

Vernantem in floribus rosarum

Et lilies convallium

Beatissimam prædicaverunt

Et Reginæ laudaverunt eam.

Alleluia.

18) MARIA MAGDALENA STABAT

(Dialogo fra la Maddalena, e gli Angeli,
nella Resurrezione di N. S.)

(3:3, 3:1 e 5:9-10, 2:5, 4:8, 5:8, et altro)

Testo:

Maria Magdalena stabat ad monumentum foris, plorans;
dum ergo fleret, inclinavit se in monumentum,
et vidi duos angelos in albis sedentes, et dixit eis:

Maddalena:

Nun quem diligit anima mea vidistis?

Angeli:

Mulier, quid ploras? Quem quæris?

Maddalena:

Tulerunt Dominum meum et nescio ubi posuerunt eum.

Quæsivi per noctem et non inveni.

Angelo Primo:

Qualis est dilectus tuus ex dilecto, O pulcherrima mulierum?

Maddalena:

Dilectus meus candidus et rubicundus, electus ex millibus;
totus amabilis, totus desiderabilis.

Angelo Secundo:

Dic nobis, Maria, quis est dilectus tuus?

Maddalena:

Dilectus meus, amor meus speciosus forma præ filiis hominum.
Crucifixus Jesus est.

O mea lux, ubi es? O amor meus, ubi es?

O vita mea, ubi es? Veni, dilecte mi, veni, amore tuo languedo,
veni, amore tuo morior.

Angeli:

Quid quæris viventem cum mortuis? Surrexit, non est hic;
præcedet vos in Galileam; alleluia, Maria. Noli amplius plorare,
gaude, lætare.

Tutti:

Dicamus ergo, gaudentes, lætantes, psallentes, amantes, dicamus:
alleluia.

O dies serena, O lux fortunata, O dies amena, O dies beata,
cantemus, psallamus, amemus, canamus.

Alleluia.

19) DUM ESSET (1:11)

Dum esset Rex in accubitu suo:

Nardus mea dedit odorem sua vitatis.

20) SICUT TURTUR

(1:10, 4:1, 2:14, e altri)

Sicut turtur derelictus in silvis gemebat cor meum,
sicut passer solitarius in tecto merebat anima mea,
et ecce inter nubes emicuit sol
aparuit dilectus meus.

Non plus horror, non plus,
fugge procul a me

meum cor no timet te,
ubi solus est Iesus Dux,
cor non pavet mundi fel,
celi iam degustat mel,
ubi manet vera lux.

Gestite mea viscera
mulcete Iesum osculis,
concentus lætos promite,
dilectum meum stringite.

O quam pulchra est facies tua,
nimis decora o quam pulchra est,
quam belle sibilant oculi.

Totus amabilis aspectus tuus,
tua lumina surplus quam sidera,
cum rosis gene, confundunt lilia,
plusquam piropi sunt tua labia,
tua oscula stillant monilia.

Vive ergo Iesu in me,
et cor meum fove in te.

Iam sum felix si sum amata
site amo iam sum beata,
nichil volo preter te
nam solus Iesus beat me.